pro Flacco XV. 34. — Quum iam in eo esset, ut in muros evaderet miles, deditio est facta. Liv. II. 17. — Fiebat autem ita, ut, quum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem. Cic. disp. tusc. I. 4, 8. — Si sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet aut violet alterum, dirumpi necesse est humani generis societatem. Cic. de off. III. 5, 21. — Cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures; in quo facile est falli. Tales enim nos esse putamus, ut iure laudemur. Cic. de off. I. 26, 91. — Non fuit tantus homo Sex. Roscius in civitate, ut de eo potissimum conqueramur. Cic. pro Rosc. Am. 43, 125. — Si quid intelligerem ab Antonio relictum, non essem tam inurbanus ac paene inhumanus, uti eo gravarer, quod vos cupere scirem. Cic. de orat. II. 90, 365. — Non valet tantum animus, ut se ipsum ipse videat. Cic. disp. tusc. I. 27, 67. — Tanto opere apud nostros iustitia culta est, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more maiorum. Cic. de off. I. 11, 35. — Quae quum viderem tot vestigia impressa, ut in iis errari non posset, non adscripsi id, quod tua non referebat. Cic. ep. ad fam. V. 20, 5. — Quum viderem fore, ut eius socios invidia oppressus persequi non possem, rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, quum hostem aperte videretis. Cic. orat. in Cat. II. 2, 4. — In eum locum res deducta est, ut, nisi qui deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. Cic. ep. ad fam. XVI. 12, 1. — Cuius rei causa venerat Ameriam? — Non possum, inquit, divinare. — Eo rem iam adducam, ut nihil divinatione opus sit. Cic. pro Rosc. Am. 34, 96. — Adeo inopia est coactus Hannibal, ut, nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit. Liv. XXII. 32. — Summa difficultate rei frumentariae affecto exercitu, usque eo, ut complures dies frumento milites caruerint, nulla tamen vox est ab iis audita populi romani maiestate indigna. Caes. b. g. VII. 17, 3. — Quum quotidiani maximi fierent sumptus, celeriter pecunia deesse coepit, neque, quo manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. Id eiusmodi erat, ut, quum milites reconciliasset, amitteret optimates. Corn. Nep. Dion. VII. 2. — Tum paene in manu iam mortiferum illud tenens poculum locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in coelum videretur escendere. Cic. disp. tusc. I. 29, 71. — Magna vis est conscientiae, iudices, et magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. Cic. pro Mil. XXIII. 61. — Ego, si videbitur recte fiere posse, ad te veniam brevi; si quid acciderit, ut mutandum consilium sit, te certiorem faciam statim. Cic. ep. ad fam. V. 21, 5.

b) Ut beseichnet eine Folge α) nach den Ausdrücken des Seins, Thuns, Geschehens, also nach est, futurum esse (fore), fit, facere, accidit, efficitur, evenit, contingit, usu venit, reliquum est (relinquitur, superest, restat), integrum, verisimile est und ähnlichen; β) nach Substantiven mit und ohne Demonstrativa und nach Demonstrativen im Neutrum mit esse, wenn der Inhalt des durch die erwähnten Ausdrücke angedeuteten Nebensatzes angegeben wird. α) Tum Catulus, Est inquit, ut dicis, ut plerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi, et habeant paratum tamen, quid de quaque re dicant. Cic. de orat. II. 36, 152. — Video te alte spectare et velle in coelum migrare. Spero fore, ut contingat id nobis. Cic. disp. tusc. I. 34, 81. — Ita fit, ut omnino nemo esse possit beatus. Ibid. II. 6, 16. — Fieri potest, ut recte quis sentiat et id, quod sentit, eloqui non possit. Ibid. I. 3, 6. — Quamquam omnia virtus nos ad se allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus inesse videa-

tur, tamen iustitia et liberalitas id maxime efficit. Cic. de off. I. 17, 56 — Sentit (animus) se vi sua moveri nec accidere posse, ut ipse unquam a se deseratur. Cic. disp. tusc. I. 23, 55. — In quibus enim eadem studia sunt, eaedem voluntates: in iis fit, ut aeque quisque altero delectetur ac se ipso, efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. Cic. de off. I. 17, 56. — Temporibus, quae vim habent maximam, persaepe evenit, ut utilitas cum honestate certet. Cic. partit. 25, 88. — Quod multi voluerunt, pauci potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare, huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. Corn. Nep. Thrasybulus 1 2. — Apud Romanos nunquam fere usu venit, ut in magno discrimine non et proximi vestem mutarent. Liv. VI. 20. — Reliquum est, ut nihil a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Caecinam habiturus es, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo. Cic. ep. ad fam. VI. 9, 2. — Dionysio ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet. Cic. disp. tusc. V. 21, 62. — Verisimile non est, ut ille homo tam locuples, tam honestus religioni suae monumentisque maiorum pecuniam anteponeret. Cic. in Verr. IV. 6, 11. — β) Est Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit aversa a recta ratione contra naturam animi commotio. Cic. disp. tusc. IV. 6, 11. — Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. Nec enim illa prima vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Cic. Lael. XVI. 57. — Ad haec Ariovistus respondit: Ius esse belli, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent. Caes. b. gall. I. 36, 1. — Altera res est, ut, quum ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem et maxime utiles. Cic. de off. I. 20, 66. — Animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi id, ut per eum videremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris. Cic. disp. tusc. I. 24, 56. — (Socrates) suum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum. Cic. disp. tusc. I 42, 99. — Illud excutiendum est, ut sciatur, quid sit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. Cic. ibid. I. 36, 88. — Hierher gehören accedit, ut; sequitur, ut; additur (adiungitur), ut; indem hoc, id, illud nur eben nicht ausgedrückt, wohl aber leicht hinzuzudenken ist. Ad Appii Claudii senectutem accedebat etiam, ut caecus esset. Cic. sen. VI. 16. — Sequitur, ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit. Cic. de off. I 27, 93. — Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa opinio praesentis mali sit recens. Cic. disp. tusc. III. 31, 75. — Adiuncto vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines iis auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Cic. de off. II. 12, 42.

Anm. 1. Bei efficere=beweisen steht für ut auch der acc. c. inf. Vergleiche folgende Sätze: Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Cic. disp. tusc. I. 24, 57. — Ex quo efficitur hominem naturae obedientem homini nocere non posse. Cic. de off. III. 5, 25.

Anm. 2. Statt accedit, ut wird accedit, quod gebraucht; accedit ut muss stehen, wenn der durch ut eingeleitete Satz nicht eine Thatsache, sondern eine Annahme aufstellt.

Anm. 3. Tantum abest, ut —, ut (nie persönlich) hat zweimal ut consecutivum. Im zweiten Folgesatze steht bisweilen zu schärferer Hervorhebung desselben etiam, etiam maxime, nie aber potius. Tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Cic. orat. XXIX. 104. — Tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus. Cic. disp. tusc. II. 2, 4.

c) Ut der Folge (ut consecutivum) steht mit quam verbunden in einem vergleichenden Nebensatze nach einem Komparative. Maiore mihi (Isocrates) ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur. Cic. orat. XIII. 41. — Quis eorum, qui haec minora animadvertunt, non intelligit Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? Cic. Brutus XVIII. 70. — Ganz verschieden hiervon und unter b. gehörig ist die Stelle: Nihil est in dicendo maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet, ut ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur. Cic. de orat. II. 42, 178. — Hier ist nihil majus quam = hoc est maximum. Nach potius quam steht das zweite Verbum im blossen Konjunktive oder mit ut. Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret. Cic. disp. tusc. II. 22, 52. — Quaero, ille vir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore cruciari potius, quam ut officium prodat aut fidem, cur has sibi tam graves leges imposuerit? Cic. Acad. prior. II. 8, 23.

d) Ut consecutivum steht in Fragen des Unwillens fast gleichbedeutend mit dem acc. c. inf. in derartigen Fragen. Conf. § 7 num. 4 gegen das Ende. Age sis, nunc de ratione videamus, nisi quid vis ad haec. A. Egone ut te interpellem? Cic. disp. tusc. II. 18, 42. Ut ist hier einfaches ut der Folge, das Ganze also so zu fassen: Wohlan also, lasst uns jetzt die vernünftige Begründung betrachten, wenn du nichts dagegen hast. A. Ich (sollte etwas dagegen haben), so dass ich dich unterbräche? Ganz ähnlich sind andere derartige Stellen elliptisch zu erklären, wie jene: Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ut ullum exsilium cogites? Cic. orat. in Cat. I. 9, 22. Indess wozu spreche ich noch? (Es wäre möglich), dass auf dich noch irgend etwas Eindruck mache? dass du dich bessertest? dass du auf Flucht sännest? dass du irgendwie an freiwillige Entfernung dächtest? B. Wir sagen ja auch: Auf dich sollte irgend etwas Eindruck machen? etc. etc.

B. Folgesätze eingeleitet durch qui, quae, quod etc. Solche Relativzätze geben die Folge a) zu einem im Hauptsatze entweder ausgedrückten oder zu ergänzenden Demonstrativum an, welches eine Steigerung der in ihm liegenden hinzeigenden Bedeutung nach der durch den Relativsatz bezeichneten Richtung ausdrückt; b) zu einem im Hauptsatze stehenden Eigenschaftsworte der Würdigkeit, des Geeignetseins, der Fähigkeit.

a) α) Demonstrative im Hauptsatze, zu welchen der Nebensatz korrelativ die Folge angibt, sind hic, is, ille, talis, tantus, tam mit einem Adjektivum, eius modi, huius modi. Hic und is haben alsdann die Bedeutung von talis. Hanc perfectam philosophiam semper iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere. Cic. disp. tusc. I. 4, 7. — Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus videatur? Ego vero is sum, qui non modo non supplicem, sed etiam coercerem postulantes. Cic. ep. ad Brut. I. 16, gegen den Anfang des letzten Drittheils. — Sunt autem quaedam officia etiam adversus eos servanda, a quibus iniuriam acceperis. Cic. de off. I. 11, 33. — Qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, cui prodesse velle videantur, perniciosi assentatores iudicandi sunt. Cic. de off. I. 14, 42. — Innocentia est affectio talis animi, quae noceat nemini. Cic. disp. tusc. III, 8, 16. — Nulla acies humani animi tanta est, quae penetrare in coelum, terram intrare possit. Cic. Acad. pr. II. 39, 122. — Nulla gens tam fera, nemo omnium tam est immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Ib. I. 13, 30. — Occidisse patrem S. Roscius arguitur. Scelestum,

dii immortales! ac nefarium facinus, atque eius modi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Cic. pro S. Rosc. Amer. 13, 37. — Est huius modi reus, in quo homine nihil sit praeter summa peccata maximamque pecuniam. Cic. in Verr. act. I. 16, 47.

Zu bemerken ist, dass im Relativsatze das Verbum in der Person steht, welche sich von selbst ergibt, wenn man das Relativ sich in ut ego, ut tu, ut ille, ut nos, ut vos etc. auflöst. Also in dem Gedanken: Ego is sum, qui non supplicem etc. löse ich qui in ut ego auf und muss deshalb supplicem setzen.

β) Es ist im Hauptsatze ein Demonstrativum zu ergänzen, oder vielmehr das mit dem Konjunktive verbundene Relativ des Nebensatzes drückt in dieser Verbindung schon so genügend eine Folge zu dem Hauptsatze aus, dass die Anführung eines Demonstrativs überflüssig wäre. Hier sind folgende Fälle zu merken:

1) Nach verneinenden Ausdrücken, wie nemo est, qui; nihil (non) est, quod; non habeo, quod (nihil habeo, quod); non desunt, qui etc. sowie nach Fragen mit verneinendem Sinne, z. B. quis est, qui? quid est quod? und ähnlichen muss der Konjunktiv stehen, weil in der Negation mit darauf folgendem Relativsatze eine geleugnete Eigenschaft, Thätigkeit = Niemand, Nichts von der Art, dass liegt. Wenn quod nicht als Subjekt oder Objekt des Nebensatzes aufgefasst werden kann, dann hat es die Bedeutung in Bezug worauf = warum, dass etc. (Es ist dieses quod ähnlich dem vor si, nisi stehenden, welches das Folgende an das Vorhergehende anschliesst, wie in folgendem Beispiele: Coluntur (tyranni) tamen simulatione, dumtaxat ad tempus. Quod si forte, ut fit plerumque, ceciderint; tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Cic. Lael. 15, 53. — Nulla est laus ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit aut conetur corrumpere. Cic. in Verrem I. 16, 46. — Nihil est, quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam. Cic. de off. I. 34, 125. — Nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur. Disp. tusc. I. 27, 66. — Gleich darauf: His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat, quod et praeterita teneat et futura provideat et complecti possit praesentia: quae sola divina sunt, nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Plane deest, quod scribam. Nam nec, quod mandem, habeo; — nihil enim praetermissum est — nec, quod narrem. Cic. ep. ad Att. II. 5, 1. — Quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? Cic. de off. III. 28, 101. — Quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur? Cic. disp. tusc. I. 41, 97. — Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam quum est intellectum nihil profici et frustra esse susceptum? Cic. disp. tusc. III. 28, 66.

Nicht als Subjekt oder Objekt ist quod zu fassen in folgenden Sätzen: Nec vero ego iis, a quibus accusatus, aut a quibus condemnatus sum, habeo, quod succenseam. Ib. I. 41, 99. — Nihil habeo, quod accusem senectutem. Cic. de sen. V. 13. In diesen Fällen ist quod = quare, cur, welche ebenso gebraucht werden. Nihil affert pater iste stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, ne cur animantem quidem esse. Cic. de nat. deor. III. 9, 23.

2) Soll nach Ausdrücken, wie est, sunt, (reperitur), reperiuntur, inveniuntur, exoritur, exsistit, exstitit, exstiterunt, reperio, invenio, habeo, nanciscor etc. durch den Relativsatz einem Gegenstande eine Eigenthümlichkeit, Gewohnheit, Ansicht etc. beigelegt werden, so steht, gleichviel, ob diese Ausdrücke ohne oder mit multi, quidam, alii, pauci, nonnulli, quotus quisque, ja

selbst mit oder ohne Gattungsnamen sich vorfinden, der Konjunktiv, wenn man das Relativ mit von der Art, dass er, sie etc. wiedergeben muss, d. h. wenn man mehr seine subjektive Ansicht, als ein objektiv feststehendes Faktum hinstellt. Qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior; si enim est, quod desit, ne beatus quidem est; et, quod ex maiore parte unamquamque rem appellari spectarique dicunt, est, ubi id isto modo valeat. Cic. disp. tusc. V. 8, 23. — Sunt, qui in rebus contrariis parum sibi constent. Cic. de off. I 21, 71. — In omnibus saeculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias vincerent. Cic. ep. ad fam. XV. 4, 15. — Ut enim sunt qui urbanis rebus bellicas anteponant; sic reperias multos, quibus periculosa et calida consilia quietis et cogitatis et splendidiora et maiora videantur. Weiter unten: Inventi autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam pro patria profundere parati essent. Cic. de off. I. 24, 82 und 84. — Ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat. Cic. disp. tusc. I. 44, 106. — Multa e corpore exsistunt, quae acuant mentem, multa, quae obtundant. Cic. de off. I. 33, 80. — Virtutis magistri, philosophi inventi sunt, qui summum malum dolorem dicerent. Cic. disp. tusc. II. 12, 28. — Tria sunt quae sint efficienda dicendo. Cic. Brutus 49, 185. — Quid dulcius, quam habere, quicum audeas omnia sic loqui, ut tecum? Cic. Lael. VI. 22. — Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram, cui darem, quam quo haberem, quid scriberem. Cic. ep. ad fam. XVI. 6, 1.

3) Es kann sich das Relativ des Nebensatzes auf ein Substantiv im Hauptsatze beziehen und durch ut is, ut ea, ut id, ut ii etc. aufgelöst werden. Der Nebensatz giebt alsdann an, der im Hauptsatze erwähnte Gegenstand sei von der Art, dass er, dass seiner, dass ihm etc. je nach dem Casus des Relativs etwas zugesprochen werde. Mea quidem sententia paci, quae nihil habitura sit insidiarum, semper est consolendum. Cic. de off. I. 11, 35. — Quam iter illud iucundum esse debet, quo confecto nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit. Cic. disp. tusc. I. 40, 96. — Quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur? Ib I. 41, 97. — Haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos, qui inhumati sint, miseros iudicare. Ib. I. 44, 106. — Non temere nec fortuito sati et creati sumus; sed profecto fuit quaedam vis, quae generi consuleret humano nec id gigneret aut aleret, quod, quum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. Ib. I. 49, 118.

b) Relativsätze geben die Folge an zu einem im Hauptsatze stehenden Eigenschaftsworte der Würdigkeit, des Geeignetseins, der Fähigkeit, des Einzigdastehens etc. Solche Eigenschaftswörter sind aptus, dignus, indignus, idoneus, unus. In Catone Maiore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur. Cic. Laelius I. 4. — Qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. Cic. de leg. III. 2, 5. — Quaero abs te, iine, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? Cic. pro Rosc. Am. 41, 119. — Hunc (Vibellium Rufum) pro suis beneficiis Caesar idoneum iudicaverat, quem cum mandatis ad Cn. Pompeium mitteret. Caes. b. civ. III. 10. — Etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen, nisi erit idem, qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus, qui ad bellum asiaticum regiumque mittatur. Kurz darauf

heisst es: Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter tot annos unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Cic. pro leg. Man. 43, 66 und 68. Dieses unus hat fast die Bedeutung von solus und talis zusammen angenommen.

C. Folgesätze eingeleitet durch quin. Quin entstanden aus quî, dem Ablat. von qui, quae, quod mit ne bedeutet eigentlich so dass dadurch nicht, so dass nicht, bezeichnet also eine Folge aus dem vorhergehenden Satze. Dieser vorhergehende Satz muss stets in Frageform oder gradezu verneint sein, also in ihm mit darauf folgendem quin die Bedeutung liegen, es sei Jemand oder Etwas nicht von der Art, es geschehe etwas nicht so, dass (dadurch) nicht dieser, oder jener Fall eintreten könne. Folgende Fälle sind hier zu merken:

1) Es ist das Subjekt oder Objekt im Hauptsatze verneint, es steht also quin nach nemo est, nihil est, nemo est tam, quis est? quid est? und zwar nach quis est = nemo est, nach quid est = nihil est etc. Nemo fere vestrum est, quin, quemadmodum captae sint a M. Marcello Syracusae, saepe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Cic. Verr. IV. 52, 115. — Hominem esse arbitror neminem, qui nomen istius audierit, quin facta quoque eius nefaria commemorare possit. Cic. in Verr. act. I. 5, 15. — Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. Cic. de nat. deor. III. 13, 34. — Nemo est tam fortis, quin rei novitate perturbetur. Caes. b. g. VI. 39, 3. — Nulla profecto (natura est), quin suam vim retineat a primo ad extremum. Cic. de fin. IV. 13, 32. — Adhibita vero exercitatione et arte, ut oculi pictura teneantur, aures cantibus, quis est, quin cernat, quanta vis sit in sensibus? Cic. acad. prior. II. 7, 20. — Quid est causae, quin coloniam in Janiculum possint deducere et suum praesidium in capite atque cervicibus vestris collocare? Cic. de leg. agr. II. 27, 74. — Ut ab urbe discessi, nullam intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Cic. ad Att. VII. 15, 1. — Nego in Sicilia tota ullum argenteum vas, quidquam ex auro aut ebore factum, nego ullam picturam fuisse, quin conquisierit, inspexerit. Cic. Verr. IV. 1, 1. — Quod quum audivissemus, nullam moram interponendam putavimus, quin videremus hominem nobiscum et studiis iisdem et vetustate amicitiae coniunctum. Cic. acad. poster I. 1, 1. — Remi ad Caesarem legatos miserunt, qui dicerent tantum esse eorum omnium furorem, ut ne Suessiones quidem, fratres consanguineosque suos, deterrere potuerint, quin cum his consentirent. Caes. b. g. II. 3, 1—5.

2) Das Prädikat des Hauptsatzes ist verneint, es steht also quin

a) nach facere non possum, fieri non potest = ich kann nicht umhin etwas nicht zu thun, also ich muss es thun, es kann der Fall nicht eintreten, dass etwas nicht geschehe, also etwas muss geschehen. Hier ergiebt sich von selbst quin als gleichbedeutend mit ut (konsekutiv) eo non. Aehnlicher Art sind die Ausdrücke: non (haud) multum (nihil) abest (abfuit), non recuso, mihi non tempero, aegre retineor, teneri non possum, vix resisto, aegre abstineo etc.; auch hier steht quin in dem Verhältnisse einer unmittelbaren Folge aus dem Vorhergehenden und bedeutet so dass dadurch nicht. Et ego ex tuis animadverto literis et profecto tu ex meis nihil habere nos, quod scribamus; tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittam, ut tuas accipiam. Cic. ep. ad Att. XII. 27, 2. — Fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. Cic. act. in Verr. V. 40, 104. — Hac fugientium multi-

tudine ac turba portae castrorum occupantur neque multum abfuit, quin etiam castris expellerentur. Caes. b. civ. II. 35. — Legati venerunt, quorum haec fuit oratio: Germanos neque priores populo romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant. Caes. b. g. IV. 7, 2 und 3. — Paulatim Germanos consuescere Rhenum transire et in Galliam magnam eorum multitudinem venire populo romano periculosum videbat; neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin, cum omnem Galliam occupavissent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent, in provinciam exirent. Caes. b. gall. I. 33, 3 und 4. — (Milites) aegre sunt retenti, quin oppidum irrumperent. Caes. b. civ. II. 13. — Teneri non potui, quin coniunctionem studiorum amorisque nostri, quo possem, literarum genere declararem. Cic. ep. ad fam. IX. 8, 1. — Vix deorum opibus, quin obruatur romana res, resisti potest. Livius IV. 43. — Aegre abstinent, quin castra oppugnent. Liv. II. 45. — Quia videbam italici belli et civilis historiam iam a te paene esse perfectam; deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an civilem coniurationem ab hostibus externisque bellis seiungere. Cic. ep. ad fam. V. 12, 2. — Crassus, quum omnium voces audirentur exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur, cohortatus suos omnibus cupientibus ad hostium castra contendit. Caes. b. gall. III. 24, 5.

b) nach non dubito, non dubium est, quis dubitat (= nemo dubitat) etc. Nach diesen Ausdrücken steht quin in derselben Bedeutung wie nach den unter a) angeführten, jedoch mit dem Unterschiede, dass bei den letzteren die verneinte Folge sich folgerichtig aus der vorhergehenden verneinten Thätigkeit ergiebt, während nach non dubito durch quin logisch genau nicht eine aus dem Nichtzweifeln entspringende Folge des Nichtbezweifelten eingeführt werden kann, da das Nichtzweifeln selbst ohne allen Einfluss auf die Wahrheit und Wirklichkeit des Nichtbezweifelten ist. Demgemäss musste nach non dubito, quin und ähnlichen Ausdrücken erst ein Ausdruck des Glaubens, Meinens etc. als Folge des Nichtzweifelns gesetzt und von diesem das Nichtbezweifelte abhängig gemacht werden. Allein vermöge einer Kürze der Darstellung wird die Folge mit Uebergehung eines Ausdruckes des Glaubens etc. sofort und direkt auf das Nichtbezweifelte bezogen. Aehnlich steht ut nach efficere=beweisen, dessen Konstruktion mit ut oder dem accus. c. infin. sich nur durch eine Ellipse erklären lässt, wenn das, was bewiesen wird, durch diese beiden Verbindungsarten unmittelbar an efficere sich anschliesst. Z. B. Dicaearchus vult efficere animos esse mortales wörtlich übersetzt ist nur durch Ergänzung von ut credamus zu verstehn, so dass das Ganze so lautete: Dicaearchus vult efficere, ut credamus animos esse mortales. Ebenso unverständlich und logisch unrichtig ist: Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari, wenn man sich nicht die Sache etwa so denkt, dass die Darstellung kurz gefasst ist für: Ex quo effici vult Socrates, ut nobis persuadeamus discere nihil aliud esse nisi recordari. Es ist also non dubito, quin verum sit =ich zweifle nicht, so dass ich nicht glauben sollte, es sei wahr, d. h. ich zweifle nicht, dass es wahr ist. In animi cognitione dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Cic. disp. tusc. I. 29, 71. — Perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent. Caes. b. gall. I. 3, 6 und 7. — Quis unquam dubitavit,

quin in republica nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia? Cic. or. 41, 141. — Aehnliche Ausdrücke, wie non dubito liegen in folgenden Beispielen vor: Quis ignorat, qui modo unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Graecorum genera sint vere? Cic. pro. L. Flacco 27, 64. — Alterum dici non potest, quin ii, qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti laetitia efferantur, beati sint. Cic. disp. tusc. V. 7, 17. — Cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exsequi conaretur multitudinemque ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio, quin ipse sibi mortem consciverit. Caes. b. gall. I. 4, 3 und 4. —

Anm. 1. Da quin = so dass dadurch nicht, also aus quî mit der Negation entstanden ist, so kann naturgemäss auch ein is, ea, id dabei stehen. Quis a signo Vertumni in circum maximum venit, quin is in unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur? Cic. Verr. I. 59, 154. — Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. Cic. de nat. deor. III. 13, 34.

Anm. 2. Für quin = ohne dass wird auch ut non oder qui non, quae non, quod non, cur non gesetzt. Non possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. Cic. pro lege manil. 7, 19. — Quis est, qui horum consensum conspirantem non noverit? qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Cic. or. pro Lig. 12, 34. — Quid fuit causae, cur in Africam Caesarem non sequerere? Cic. or. phil. II. 29, 71.

Anm. 3. Non dubitare = kein Bedenken tragen hat den Infinitif und bisweilen quin bei sich. Non dubitavi id a te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum maximeque necessarium. Cic. ep. ad fam. II. 6, 2. — Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter tot annos unus inventus sit, quem socii in urbes suas venisse gaudeant. Cic. pro leg. manil. 23, 68.

Anm. 4. Ich zweifle, dass muss durch dubito, num überzetzt werden.

Anm. 5. Dubito, an und dubium est, an bedeutet analog den Ausdrücken haud scio, an und nescio, an ich bin im Zweifel, es erscheint zweifelhaft, ob nicht = wahrscheinlich. De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaserit. Cic. disp. tusc. IV. 22, 50. — Sapientem et bonum virum fingimus; de eius deliberatione et consultatione quaerimus, qui celaturus non sit, si id turpe iudicet; sed dubitet, an turpe non sit = (non turpe = honestum, also: der im Zweifel ist, ob es nicht sittlich sei). Cic. de off. III. 12, 50. — Eloquentia nescio an (C. Gracchus) habuisset parem neminem (si diutius vixisset). Cic. Brut. 33, 126.

§ 18. Zur Bezeichnung eines Wunsches dient utinam, utinam ne mit dem Konjunktive des Präsens und Perfekts, wenn Erfüllbares, des Imperfekts und Plusquamperfekts, wenn Unerfüllbares gewünscht wird. Utinam modo conata efficere possim. Cic. ep. ad Att. IV. 16, 2. — Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis! Cic. pro leg. Man. 10, 27. — Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt, quae utinam potuissem obire. Cic. disp. tusc. I. 45, 109.

§ 19. Nedum, bisweilen nur ne (geschweige denn, dass) schliesst an Verneintes noch weniger zu Erwartendes. Optimis hercle temporibus nec P. Popillius nec Q. Metellus, clarissimi atque amplissimi viri, vim tribuniciam sustinere potuerunt; nedum his temporibus salvi esse possimus. Cic. pro A. Cluent. 35, 95.

Anmerkung des Verfassers. Damit der solchen Abhandlungen gegönnte Raum nicht überschritten werde, habe ich mir die Besprechung der Konjunktion quum, wie sich aus ihrer Grundbedeutung naturnothwendig bald die Verbindung mit dem Indikative, bald mit dem Konjunktive ergebe, sowie namentlich die Erörterung des Infinitivs und der indirekten Rede für einen dritten Theil vorbehalten, welcher, wenn Gott mir Leben und Gesundheit schenkt, auf demselben Wege, wie die vorangegangenen, erscheinen soll. Was etwa an Eigenthümlichkeiten des lateinischen Sprachgebrauches im Gegensatze zu den bisher durchgenommenen Regeln als bemerkenswerth auffällt, wie dass z. B. nach antequam und priusquam bisweilen der Indikativ des Präsens statt eines Futurums oder Konjunktivs zu stehen scheint (Conf. Dabo operam, ut istuc veniam, antequam plane ex animo tuo effluo. Ferner: Antequam pro L. Murena dicere instituo, pauca pro me ipso dicam), wird in einer kurzen Nachlese zusammengestellt und begründet werden.

Leobschütz, den 24. Juli 1867.

Oberlehrer Dr. Winkler.